

superiores et prelati quos inferiorum regimen de
propinquo concernit quibus insuper curatorum
ignorantia crassa divinae legis. et in sufficiens
populi eruditio imputabitur in peccatum.

Secundo parentes pro filiis apud scholarum
rectores instare deberent. Tercio domorum
dei et locorum hospitalium gubernatores et ma
gistri. Quarto illi qui in verbis a factis.
et alijs signis alios ad peccandum induxerunt
Quique ex officio alios docere debuerant. et id
agere negligunt. Hi namque sumptibus suis
et diligentibus. per huius aut similis doctrine
publicationem debent aliorum correctiones
procurare. Hoc enim agere penitentia
quedam est. hoc satisfactio. hoc opus misericordie
deo acceptius quam elemosina corporalis

Agant igitur prenominati. quod doctrina hec
libris inscribatur. tabellis affigatur tota vel per
partes in locis communibus. utpote in parro
chialibus ecclesijs. in scholis. in hospitalibus.
in locis religiosis. Denique expediens vide
retur. ut super hoc fieret a principibus edi
ctum. aut quod ab ecclesie prelatibus indulgentie
conferrentur. Actor vero seipsum exonerat a
pud te christianitatem sanctissimam agat qui
libet qui in te et de te gloriatur quod bonum
esse cognoverit. Gloria sit altissimo deo